

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Liturgische Sammelhandschrift (Sacramentarium  
Rhenaugiense) - Cod. St. Blasien 28**

**[St. Blasien], [2. Hälfte 18. Jahrh.]**

Poenitentiale pseudo-cummiani

[urn:nbn:de:bsz:31-49176](#)

(cont. p. 28) Divergarum Culparum diversitatem facit peritentia-  
rum; non et corporum medici diversa medicamenta ge-  
neribus componunt: aliter enim vulnera, aliter morbum,  
aliter tumores, aliter putredines curant. Ita igitur  
et spirituales medici diversis curationum generibus  
animarum vulnera, morbum, culpas, dolores, egri-  
dines, infirmitates sanare debent. Sed quia sec pauc-  
rum sunt, ad purum felicet cuncta cognoscere et curare,  
atque ad integrum salutis statum debent revocare; ideoq;  
vel pauca juxta seniorum traditiones, juxta nostram  
ex parte intelligentiam: Ex parte namq; prophetamus  
et ex parte cognoscimus; aliqua proponamus, quod  
ad remedium anime pertinet, et de remedij vulnerum  
Secundum priorum patrum definitiones dicturi;  
Sacri tibi eloquij, fidelissime frater, antea medica-  
mina compendij ratione intimemus.

Prima est itaq; remissio, qua baptizamus in aqua,  
Secundum illud: nisi quis renatus fuerit ex aqua et  
spiritu sancto, non potest videre regnum Dei.  
Secunda, Caritas effectus, ut est illud: Quoniam di-  
lexit multum.

Tertia, Elimosinarum fructus, secundum hoc: sicut  
aqua extinguit ignem, ita elmosina extinguit pec-  
catum.

Quarta, perfusio lacrymarum, Domino dicente:  
quia flevit in conspectu meo et ambulavit tristis  
coram me, non ducam malum in diebus ejus.

Quinta, criminum confessio, psalmista testante: Dixi  
confitebor adversum me iustitias meas Domino;  
et tu remisisti impietatem peccati mei.

Sexta

Sexta, afflictio cordis et corporis, apostolo consolante: dedi ejusmodi hominem in interitum carnis satane, ut spiritus salvus fiat in die Domini nostri Ihesu Christi.  
 Septima, Emendatio morum: hoc est ab renuntiatio vitionum, Evangelista contestante: Ecce jam sanus es, noli ultra peccare, ne quid tibi deterius fiat.

Octava, Intercessio sanctorum, ut illud: si quis infirmatur, inducat presbiteros Ecclesia, et orent pro eo. et multum valet apud Deum deprecatio justi assidua.

Nona, misericordia et fidei meritum, ut est hoc: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Decima, Conversio et salus alienorum, Jacobo adstante: Qui converti fecerit peccatorem ab errore vice, salvet animam suam a morte; et operit multititudinem peccatorum; Sed melius est tibi infirmus sis et vitam solitariam ducere, quam perire cum plurimis.

Undecima, Indulgentia et remissio nostra, veritate promittente et dicente: dimittite et dimittetur vobis.

Duodecima, passio Martirij Spre unica Salutis indulgentia et latrone Crucifixo Deo respondente: amen dico tibi, quia hodie tecum eris in paradyso. His ergo de canonis auctoritate prolatis patrum definitionis etiam statuta Domini ore subrogatorum investigare deconvenit. Secundum illud: Interroga patrem tuum et adnuntiabit tibi presbiteros tuos et dicent tibi: Hec causa deferatur ad eos. statuant ergo ut octo principalia vitia humane saluti contraria, his octo contrarijs remedij sanantur. Qui enim in licita libenter comilit, a licitis licet cohercere se debet. In alio loco: sed hoc in omni penitentia solerter est induendum,

inducendum; Quantum quis tempore in delictis demeat, qualis eruditione induatur quali in pugnatur passione, quali existat fortitudine, quali videtur affligi lacrimabilitate, quali compulsus est gravatione pecare;

~~Hic iterum legit bona pagina~~

Omnipotens etenim Deus, qui cor omnium novit, diversisq; naturis indidit, Nequa lentie penitulinis peccatum pensavit, ut illud propheticum: non enim seris trahitur gibit, neque rota plaustris - super cimimum circumuit sed virga excutietur gibit et cimum; in baculo autem panis comminuetur, ut illud potentes potenter tormenta pacientur. unde quidem sapiens ait: cui plus committitur, plus ab eo exigitur: Discant igitur Sacerdotes Domini, qui Ecclesijs presunt, quia pars eis data est cum his, quorum delicta reprociaverint; Quid est autem reprociare delictum, nisi cum adsumferis peccatorem et monendo, orando, docendo adduxeris eum ad penitentiam, ab errore correxis et a vicijs emis daueris: et si feceris eum ei talis conversum, propicius sit Deus pro delicto reprociasse diceris; cum ergo talis sis fons, et talis sit doctrina tua, pars tibi datur eorum, quos correxeris, ut illorum meritum tua sit merces, et illorum salus tua gloria sempererna.

**I**ncepit excarpus de alijs pluribus penitentijs et Canonibus de vitijs gule et brieitate vel vomitu. Et discretione ciborum mundis et inmundis inventis.

**S**i quis

Si quis Episcopus et alius ordinatus in consuetudine  
 vitium abuerit ebrietatis, aut desinat, aut deponatur.  
 Si monachus per ebrietatem vomitum facit, XXX. dies  
 peniteat. Si presbyter aut diaconus XL. dies peniteat.  
 Si vero pro infirmitate et quo longo tempore se abstenuer-  
 rit, et in Consuetudine non erat, ei multum libere vel  
 manducare, aut praegaudio in Natale Domini, aut in  
 Pascha, aut pro aliquius Sanctorum commemoratione  
 faciebat, tunc plus non accipit, quam decretum est a se-  
 nioribus nihil nocet. Si Episcopus iusserit, non nocet,  
 nisi ille similiter faciat. Si laicus fidelis per ebrie-  
 tam vomitum facit XII. dies penitentia; Sacerdos in ebrietate  
 per ignorantiam VII. dies penitentia. Si per contemptum XL.  
 dies peniteat. Diaconus et Monachus III. ebdomades.  
 Subdiaconus acolitus III. Clerici II. laici ebdomades  
 peniteant. Qui cogit hominem, ut inebretur humani-  
 tatis injuste gratia, ut ebriosus peniteat; si per odium,  
 ut homocida judicetur. Qui psallere non potest stupens  
 in linguis, superponat qui anticipat orationem Cano-  
 nicam et suaviorem ceteris sumit quicunque tantum obtentu-  
 a cena careat, vel duos dies in pane et aqua. Qui super-  
 flua ventris diffensione doloremque saturitate sentit  
 I. diem: si autem ad vomitum sine infirmitate VII. dies:  
 Si sacrificium evomerit, XL. peniteat; si infirmitatis  
 causa VII. dies. si in ignem proiecitur, C. psalmos  
 cantet: si vero canis lanuerit tales vomitum, qui evo-  
 muit, centum dies peniteat. Qui furatur cibum, XL.  
 dies peniteat: si iterum III. XL mas: si tertio annum  
 peniteat: si vero III. to jugi exilio sub alio abbate peniteat.  
 Qui manducat carnem inmundam, aut morticianam, aut  
 dilacera-

dilaceratam a bestiis, XL. dies peniteat; si necessitas cogit,  
 nihil est; et pro necessitate manducat animal, qui inmum-  
 dum videtur, vel avem vel bestiam, non nocet; Qui casu  
 quis inmunda manu cibum tangit vel canis vel pilax,  
 aut animal immundum sanguinem edit, non nocet. Qui  
 sanguinem, vel quocumque inmundo pullatur, si nescit  
 qui manducat, nihil est; si autem scit, peniteat iuxata  
 modum pollutionis. Qui sanguinem aut semen biberit,  
 III. annos peniteat. Si aves percorsant in quaunque ligore  
 tollatur ab eo Aercus, et sanctificetur aqua, et mundus erit  
 cibus. Si ceciderit forix in ligore, tollatur foras, et hoc  
 potum aspergatur aqua sanctificata et sumatur, si vivens  
 sit; si mortua inventa fuerit, projiciatur foras et mun-  
 delur vas. Animalia, que a lupis seu canibus lacerantur,  
 non sunt comedenda, nisi forte ab hominibus adhuc viva  
 occidantur prius, sed porcis et canibus dentur; nec cervus,  
 nec capra, si mortui fuerint; aves vero et animalia cele-  
 ra, si in rebus strangulantur, non sunt comedenda ab  
 hominibus; Nec si accipiter oppresserit, si mortui in-  
 veniuntur; Quia III. capitula actus apostolorum pre-  
 cipiunt abstinere a fornicatione et sanguine et suffocato  
 et idolatria. Pisces licet comedere, quia alterius nature  
 sunt. Equum non prohibet, tamen consuetudo non est.  
 Leporem licet comedere. Apes si occident hominem, ipsa  
 quoque occi ..... festinantes mel tamen manducetur.  
 Si casu porci vel gallinae sanguinem hominis comedunt,  
 non habiendo credimus, sed manducantur; sed quia  
 Cadavera mortuorum lacerantes manducaverint carnem  
 eorum manducare non licet, usque dum macerentur, et post  
 anni circulum. Animalia coitu omnium pullata occi-  
 dantur, carnesque canibus projiciantur, sed quod genuerent  
 sint

Sunt in usum, et coria adsumunt: ubi autem est dubium, non occiduntur. Infirmis licet omni hora cibum sumere et potum, quando desiderant vel possunt; si oportunum non possunt: qui ederit aliquos ligores, in quo fuerit multila, vel mortua invenitur. III. Super profici. peniteat. Si in farina aut in aliquo fuccato cibo aut pulchato coaculato vel lacte iste inveniantur bestiole quod si circa corpora eorum foris pasciantur, omne reliquum sana sumatur sive. Si sanguinem sine volunta de dentibus liberit, id est cum Saliva, non est peccatum. Si quis venationes aliquas quocumque exerceat. Si clericus anno I. si diaconus II. si sacerdos III. peniteat. Catholicini manducare non debent cum baptizatis, neque gentiles. uxor que sanguinem viri sui pro redium gustaverit. XL. dies peniteat. Sic et illa, que semen viri sui in cibum misens, ut inde plus amatores accipiat, III. annos peniteat. Qui contemto iudicio jejunio in Ecclesia, et contra decreta seniorum fecerit, sine XL. ma XL. dies peniteat; si autem in XL. ma annum peniteat. Si frequenter fecerit et confuetudinem abuerit, exterrinabatur ab Ecclesia, domino dicente: qui scandalizaverit unum de pusillis vestris ipsis, qui in me credunt, et reliqua. si infra XL. nam, annum peniteat. Qui de sui comedens corporis gute, vel scabie sive vermiculo, qui peducle nuncupantur: quam nec non bibens urinam, sacerdotem comedens, cum impositione manuum Episcopi annum integrum cum pane et aqua peniteat.

De Fornicatis. et deligi ingenita Luxoriandi  
vel inmundis puerilibus.

Episcopi

Episcopi, presbyteri, Diaconi, fornicationem facientes degradari debent, et penitere, iudicio Episcopi tamen comunicent. De Sodomitis, Episcopi **XIII**. annos peniteant, præbti **XII**. Diac. **VIII**. Subdiac. **III**. Clerici **VI**. Laici **V**. annos peniteant; et numquam cum alio dormiat. Frater cum fratre naturali fornicatione per commixtionem carnis **XV**. an. peniteat, ab omni carne se abstineat. Si semen in os miserit, septem an. penit. alij dicunt usq; ad finem vite. Viri inter seminaria fornicantes primo annum peniteat, si iterans vero inter crura fornicantes, si pueri sint anni **II**. si viri ann. **III**. si autem in consuetudinem vertunt, et modus penitentie addatur iudicio Sacerdoti. Vir semet ipsum coquinans, primo **C.** dies, et si iterans annum, si cum gradu est, addatus penit. per **XII**. annorum **XL**. dies. Qui concupiscit in te fornicare sed non potuit annum peniteat, maxime in **III.** **XL**. mos. Qui per insipuum, vel aspectu coquinatus est, tamen non voluit fornicari corporaliter **XX**. vel **XL**. dies peniteat. Si autem in cogitationes violenter coquinatus est, **VII**. dies peniteat. Qui diu in ludibris a cogitatione, impidus ei repugnans **III**. vel **II**. vel plurimos dies; qui tantum exegerit, diuturnitas cogitationis peniteat. Pueri qui fornicantur inter semetipsos, iudicavit ut fabulenter; Pueri soli fermocinantes et transgredientes statuta seniorum, insuper post emendent, osculum simplicum facientes **VI**. suppos. In lecebrosum osculum sine coquimentum **VIII**. cum quo inquinamento sine amplexu **X**. pos. Post annum **XX**. id est adulsi item committentes **XL**. dies separati a mensa extorresq; ab Ecclesia, cum pane et aqua; Minimi vero fornicatione imitentes

Se invicem. Sed inquinati non sunt propter etatis  
 maturitatem XX. dies. si vero frequenter XL. dies. Pueri  
 ante XX. annos se invicem manibus coquinantes, et con-  
 fessi antequam comunicent XX. dies; si iteraverint post  
 penitentiam C. dies. si vero frequentius. Separentur et  
 annum peniteant. Puer oppressus a majore infra X.  
 annos, ebdomadem jejunal. Qui consentit. XL. dies.  
 molles unum annum peniteant. Qui in somnis voluntate  
 pollutus est, surgat, canatq; jenuflectendo VII. psalmq;  
 in crastino in pane et aqua vel XXX. psalmos flectendo  
 in fine unumquemque canat gloria Patri, volens quasi  
 in somno peccare sive pollutus est sine voluntate. XII.  
 psalmos cantet, et super uniuscuiusque psalmi dicat ter.  
 Deus in adiutorium meum; Qui semen in Ecclesia dormi-  
 ens fuderit III. dies jejunet, peccans non pollutus XXIII.  
 psalmos cantet; Episcopus faciens fornicationem, degra-  
 dare debent, sive septem aut XII. annos penit. Presbyter,  
 aut Diaconus fornicationem naturalem faciens prolabo  
 ante Monachi votum III. annos peniteat, veniam omni  
 ora roget, superposito facial in unaquaq; ebdomada,  
 exceptis quinquagesimis, post superpositionem panem  
 fine mensura utatur, et perculo aliquatenus butero  
 inspinguato, hoc est quadrante, et die Dominica sic  
 vivat: ceteris vero diebus paramati panis mensura et  
 nullo parvo inspinguato porto oleris, oris prauis for-  
 matico imina lacticis per flagilitatem corporalem fe-  
 nucula vel pabstuto lacticis softario pro fitis gratia  
 et aquatili potu; si operarius est, lectumq; non multo  
 frano habeat instrati per III. quadragesima annos addat  
 aliquid prout virtus ejus admiserit, semper ex intimo  
 cordis reflectat culnam suam, obedientie qua omnibus  
 liben-

libentissime excipiat post annum et dimidium Eucharistiam sumat et ad pacem veniat; psalmos cum fratibus canat ne penitus anima tanto tempore celestis medicina jejuna intereat; si inferiore e gradu prius quis monachus, III. quidem annos peniteat, sed mensura non gravetur panis, si operarius est, sextario de lacte somnare et alio tenuere et aqua, quantum sufficit pro fatis ardore sumat. Si vero sine rito monachi presbyt. aut diacon. si receaverit sicut monachus sine gradu peniteat, et postea recipiat gradus suo, si autem presbyter aut diaconus post tale peccatum voluerit monachus fieri in districto proposito exilli I. annum et dimidio peniteat. habet tamen abbas suus rei modrandi facultatem, si obedientia ejus placita sit Deo et abbati suo.

**D**e Adulterio. Et captos et incestos, et uxores dimissas: Inlicita tempora nubendi, vel cum pecoribus! et qui, postquam se Deo roverit, ad seculum redijt, vota nullata.

**S**i quis adulterium commiserit, id est, cum uxore aliena, aut sponsam vel virginem corrumperit, aut sanctimonialem aut Deo dicatam, Clericus III. annos peniteant, unum ex his in pane et aqua; si clericus V. II. in pane et aqua: subdiaconus VI. II. in pane et aqua: Diaconus et Monachi VII. III. ex his in pane et aqua. Presbyter X. Episcopus XII. V. ex ijs in pane et aqua. Si clericus superioris gradus qui uxorem habuit, et post Confessionem vel honorem clericatus iterum eam cognoverit, sicut sibi adulterium commisere, sicut superiori sententia unusquisque juxta ordine

ordine suo peniteat. Si quis concupiscait mulierem alienam, et non potens peccare cum ea, aut non vult cum suscipere mulier, si laicus XL. dies. si clericus aut monachus annum peniteat: medium in pane et aqua. si Diaconus II. Presbyter III. Si quis clericus aut monachus, postquam se devoverit, ad sacerdotalem habitum iterum reversus fuerit, aut uxorem duxerit, X. annos peniteat, III. ex his in pane et aqua, nunquam postea in congium copuletur; quod si noluerit, sancta sinodus vel sedes apostolica separabit eos a communione et convivio Catholicorum; similiter et mulier postquam se Deo roverit, si tales scelos admiserit, pari sententia subjacebit. Si Presbyter vel Diaconus uxorem, ex franeam duxerit, conscientia populi deponatur. Si quis adulterium perpetraverit cum illa, et in conscientiam devenit populis, deponatur, proiciatur extra Ecclesiam, et peniteat inter laicos, quādū vixerit. Si quis cum Matre fornicaverit, XII. annos peniteat: Et numquam mutet, nisi in die Dominicō. Qui cum Sorore, hoc modo XII. annos jejunet.

### De Canonis Anchoritanis.

#### De incestis.

**S**i quis more pecorum cum propinquo sanguine incesti commixti sunt ante XX. etatis sue annum X. annis deinde peniteat: exacti oratione tantum incipiunt communicare; post XX. vero annos ad communionem cum oblatione suscipiantur; Discutatur auctem et vita eorum, qui fuerit tempore penitentia, et ita hanc humanitatem consequantur: quod si abusi-

funt

Sunt hoc criminis, prolixiore tempore XX. estate ut  
 uxores habentes hoc crimen inciderint, **XXV.** ann. penitentia  
 penitentia acta ad communionem orationem permittantur.  
 Et ita post aliud quinquennium ad plenam communionem  
 cum oblatione suscipiantur. Quod si aliqui uxores ha-  
 bentes et post etatis sue annum in hoc prolapso sunt  
 ad exitum vita tantum communionem mereantur. Si  
 quis nupserit cum muliere sua retro **XL.** dies peniteat  
 primo: aut si in terga nupserit, sic peniteat, quomodo  
 de animali; Si quis menstruo tempore cojerit cum  
 muliere **XL.** dies peniteat. Mulieres menstruo tempore  
 non intrent in Ecclesiam, neque comunicent, nec sanctemo-  
 niales nec laicata, si profumant, **III.** ebdomades  
 peniteant. Similiter penit. qui in Ecclesia ante mundum  
 sanguinis partum, id est, **XL.** dies. Qui nupserit et his  
 temporibus, **XX.** dies peniteat. Qui nubet die Dom.  
**III.** dies penit. Qui in matrimonio est, quadragesimus  
 anni et in sabbatis et dominicis nocte diei et in die-  
 bus plurimis maxime **III.** dies peniteat, antequam com-  
 municent, et concepto feminine usq; ad modum sanguinem  
 consumendi, et menstruum tempore continens fieri debet.  
 Trigamus peniteat I. annum, **III.** et **VI.** feria. et in **III.**  
**XI.** mis abstineat se a carnis, non dimittat tam  
 uxorem; Trigamus ut superior, id est, in quarto vel  
 quinto vel plus, **VII.** ann. peniteat in quarta et in **VI.**  
 feria, et in **XI.** mis abstineat se a carnis, non separa-  
 rentur tamen, Basilius hoc iudicavit, in canones  
 autem **III.** ann. In quinta generatione conjungun-  
 tur, quarta si inventa fuerit, non separantur. In  
 tertia tamen propinquitate non licet uxorem accipere  
 post

post obitum ejus. Equaliter vir conjugitur in matrimonio eis, qui sibi consanguinei sunt, et uxoris sue consanguineis post mortem uxoris. Duo quoque fratres duas sorores in conjugio possunt habere, et Pater filiusq; matrem et filiam. Si laicus fornicaverit cum vidua, II. ann. penit. redditio tamen humilationis prelio parentibus ejus, si uxorem non habet, si voluntas parentibus eorum est, ipsa sit uxor ejus; ita annum V. peniteant ambo. Si quis laicus, cum iumento fornicaverit, II. annos peniteat, si uxorem habet, si non habet, I. annum. Si Clericus II. Diaconus III. Presbiter V. duos ex his in pane et aqua; Si genuerit filium si clericus semel fornicans, annum I. peniteat in pane et aqua, si genuerit filium VII. annos peniteat excul, sic et Virgo. Qui dimiserit uxorem suam, aliter conjungens se, VII. ann. peniteat cum tribulatione vel XII. levius. si ab aliquo sua discesserit uxor, et iterum reversa fuerit suscipiet eam et ipse annum unum, cum pane et aqua peniteat, vel si ipse aliam duxerit, si quis intrat ad ancillam suam, venundet eam, et annum I. peniteat. si genuerit filium ex ea libera eam dimittat. Mulier adultera III. annos peniteat. Mulier se ipsa coitum habens III. annos peniteat. Mulieres vero qui fornicantur, et partus suos negant, sed de his que agant secundum uterus conceptos discutiant, X. annos peniteat. si mulier cum muliere III. annos penit. Si quis Maritus, vel si qua mulier uolum habens virginitatis, adjungitur uoxi, postea non dimittat uxorem, sed peniteat tres annos; uota stulta frangenda sunt, et

et importabilia. Mulieri non licet votum vovere sine  
licentia viri: sed si voluerit, dimitti potest, et peniteat  
judicio sacerdotis. Sacerdos si osculatus est per somni-  
nam per desiderium, XX. dies peniteat; si per osculum  
vel tangendo coquinatus fuerit XL. dies peniteat;  
si per cogitationem semen fuderit, VII. dies peniteat.  
Mulier si duobus fratribus nupserit, abici eam debere  
usque in diem mortis reconciliari oportet: ita tamen  
ut si forte sanitatem recuperaverit, matrimonio soluto  
ad penitentiam admittatur; quod si defuncta fuerit  
mulier huiusmodi consortio constituta difficultis erit pe-  
nitentia remanenti: quam sententiam tam viri quam  
mulieres tenere debent. Puella que non parentum  
coacte imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis mo-  
positum atque habitum suscepserunt, si postea nuptias  
diligunt, pravaricantur etiam si consecratio non ac-  
cessit, cuius utiq; non fraudarentur munere, si in  
proposito ~~non~~ permanerent.

*De Furto et Incendio, et Se-  
pulcrorum violatores, qui Patrem  
expulsi, et de preda inoste et  
Captivitate et fortia, vel qui  
Martirio dissipati.*

Pecunia Ecclesiastica furata sive rapta reddatur  
quadruplum, popularia dupliciter. Si quis aliquid  
de ministerio sancte Ecclesie furaverit aut neglexerit,  
VII. annos peniteat: III. ex his in pane et aqua, et  
reddat integrum quod abstulit. Si quis furtum  
fecerit

fecerit si puer XL. diebus, ut etas est, et qualitas erationis. Laicu*m* annum I. clericu*m* II. subdiaconu*m* III. Diaconu*m* III. presbiter V. Episcopus VI. annos peniteat.  
 Si laicus solum furtum fecerit, reddat quod furavit,  
 et in XL. gesimis cum pane et aqua peniteat. Si sacerdos  
 fecerit, et non habet unde reddat, annos II. in pane  
 et aqua peniteat, et alijs III. quadragesimis, et sic profer  
 in Pascha reconciliatur. Qui sepe furtum faciebat VII.  
 annos peniteat, vel ut sacerdos judicat, iuxta quod  
 conponi potest, quibus nocuit et semper debet reconciliare, quem offendebat, et restituere iuxta quod ei  
 nocuit, et multum post iurab*m* penitentia ejus. Si vero  
 noluerit aut non potest constitutam tempore penitentiam  
 per omnia; puer annorum X. aliquid furti comedens  
 VII. dies peniteat; qui furatur cibum XL. dies peniteat.  
 Si iterum III. quadragesimas, si tertio, annum peniteat.  
 Si quarto, iugi exilio sub alio abbate peniteat. Si laicus  
 Monachum furtum duxerit, aut intrat in monasterio Deo  
 servire, vel humum subeal servitum; si quis servum  
 aut quemcumque hominem quolibet injenio in captivitate  
 duxerit aut transmiserit, III. annos in pane et aqua. Si  
 quis Patri vel Matri expulserit, impius vel sacrilegus,  
 judicandus est, et peniteat equali tempore, quādū im-  
 pietate exteteret; qui p*ro*p*ri*et ducatum barbaris, si  
 Basilicas incenderent, et si clericum sive sanctemorialem  
 bonas occiderent et innocentias ab Ecclesia traxerent;  
 duxor XIII. annos peniteat, pecuniag*m* in aliena pro-  
 vincia ab hoste rapta fuerit, id est rege alio superato  
 tertia pars ad Ecclesiam tribuatur vel pauperibus, quod  
 iubio

jusso regis erat XL. dies peniteat. Si quis domum vel  
aream cuiuscumque igne concremaverit, III. annos penit.  
unum ex his in pane et aqua.

*De perjurio et Falso testimonio.  
et Mendacio.*

**S**i quis perjurium fecerit Laici III. annos, Clerici V.  
Subdiac. VI. Diaconi VII. Presbiter. X. Episcopi XII.  
Qui perjurium fecerit in Ecclesia XI. annos peniteat. Si  
in manu Episcopi aut presbiteri vel Diaconi seu in alio,  
vel in cruce consecrata mentitus est, III. annos peniteat.  
Si in cruce non consecrata, unum annum — peniteat.  
Si quis Laicus per cupitatem perjurat, totas res suas ren-  
dat, et donet pauperibus, et conversus in ministerio  
usque ad mortem serviat Deo. si autem non per cupi-  
tatem mortis periculum incurrit, III. annos intermis-  
tit exul in pane et aqua penit. et duos abstineat se a  
vino et carnibus, et dimittat pro se servum aut an-  
cillam ingenuam et per II. annos elemosinam faciat,  
et post III. annos ad judicium sacerdotis comunicet; qui  
vero necessitate coactus sit III. quadragesimus. Qui ductus  
est in perjurio et ignorans, et postea recognoscit, unum  
peniteat: qui vero sufficitur quod perjurio ducitur,  
tamen iurat per consensum, II. annos peniteat. Pro  
falso testimonio Laici unum annum, Clericus II. sub-  
diaconus III. Diaconus III. Presbiter V. Episcopus VI.  
annos penit. Falsum testimonium dicens placet  
proximo suo primo, quale fratri imposuit, tali iudicio  
dam -

damnetur iudicio sacerdotis. Mendax vero per ignorantiam et non noruit, confiteatur ei, cui mentitus est, et sacerdoti, ora facendi damnetur, vel XII. psalmus cantet. Si vero de industria, III. dies facendi vel XXX. si potest. Mendax per cupiditatem, placeat largitate ei, cui fraudavit.

**D**e Homicidio et Sanguinis effusione  
Sine morte, Et qui parvulos oppressos  
hic qui sine Baptismo moriuntur, et  
abortus, et qui membra sua absindunt,  
et qui probent ducatum barbaris.

Canones anchoritani.

**Q**ui voluntarie homicidium fecerint, ad penitentiam se jugiter submittant; circa exitum autem vita Communione digni habeantur. Qui non voluntate sed casu homicidium perpetratus, VI. annos peniteat. Mulieres qui fornicantur, et partus suos negant, et eas que agunt ut uteros conceptos excutiant, antiqui Patres infamaverunt usque ad exitum vita, nunc humanitas ad finitum est, X. annos peniteant. Si quis occiderit Monachum vel Clericum, arma relinquat et Deo serviat, vel VII. annos peniteat. Qui rutenem Episcopum vel Presbiterum occiderit, regis judicium est de eo. Si laicus alium occiderit odio meditatione, si non vult arma relinquare, VII. annos peniteat sine carne et vino. Qui hocciderit hominem XL. dies abstinent se ab Ecclesia, et postea super scriptam penitentiam agat. Qui iussione Domini sui hominem hocciderit,

occiderit, XL. dies peniteat; Et qui occiderit hominem in  
 publico bello, cum rege XL. dies penit. si per poculum,  
 vel per artem aliquam malam, VII. annos peniteat,  
 aut plus. si mater filium suum occiderit, XII. annos  
 peniteat, et numquam mutet, nisi die dominico. Mulier  
 pauperissima III. annos peniteat. Mulier si occiderit fi-  
 lium suum in utero ante XL. dies, annum I. peniteat;  
 si vero XL. dies a conceptione, ut homicida peniteat III.  
 annos. Si quis clericus homicidium fecerit, X. annos penit.  
 exul, III. ex his in pane et aqua. si quis homicidium fa-  
 fecerit non volens, V. annos penit. III. ex his in pane et  
 aqua. si ad homicidium consenserit, et factum fuerit,  
 VII. annos peniteat. Si voluerit et non potuerit, III.  
 annos penit. Si quis homocidium fecerit, laici III.  
 clericus V. subdiaconus VI. Diaconus VII. Presbiterus  
 X. Episcopus XII. annos peniteat. si laicus proxi-  
 mum suum occiderit V. annos exul penit. si quis  
 alium percussit et sanguinem effuderit, X. dies  
 in pane et aqua; si dicam septem menses, presbiter  
 I. annum peniteat. Cuius parvulus in negligentia  
 sine baptisma mortuus fuerit, III. annos; I. ex  
 his in pane et aqua. Si laici infantem suum ob-  
 presserint, annum I. in pane et aqua penit. et II.  
 a vino et carne, et abstineat se ab uxore tempore  
 penitentie. Si mulier abortum fecerit voluntarie  
 III. annos in pane et aqua penit. Qui per rixam  
 iecut debilem vel deformem hominem fecerit,  
 reddat in penitis medicæ, et egritudine restituat,  
 et medio anno in pane et aqua peniteat: si non  
 habuerit, unde reddat, renum annum peniteat.  
 si

Si laicus per Scandalum Sanguinem effuderis, reddat  
 illi sanguinum quantum nocuit, et si non habeat, unde  
 reddat, solvet opera proximi sui, quamdiu ille in-  
 firmus est: et peniteat XL. dies in pane et aqua.  
 qui ictum proximo dederit et non nocuit, I. vel II.  
 vel III. quadragesim. in pane et aqua peniteat. Si  
 Clericus annum vel dimidium. Si quis quodlibet  
 membrum voluntate truncaverit III. annos. I. ex his  
 in pane et aqua. Parvoli invicem persecutientes VII.  
 dies. si vero adolescentes XL. dies peniteant. Si  
 per vindictam fratribus hominem occiderit, III. an.  
 penit. Si cōpont. propinquis dimidiō fratum. Qui  
 prabent ducatum barbaris, III. annos peniteant. Qui  
 Offites non recepit in domo sua, si acil Dominus  
 praecepit, et regna celorum promisit, ubi dicit: venite  
 Benedicti et reliqua; quanto tempore Offites non  
 recepit, et mandata Evangelica non implevit, nec pe-  
 des lavavit, nec elemosinam fecit, tanto tempore pe-  
 niteat in pane et aqua, si non emendaverit. Qui  
 permanet in avaritia alienetur; Thesaurizans superflua  
 in Crastinum tempus, per ignorantiam, tribuat illa pau-  
 peribus, si autem per contemptum argentum, ele-  
 mosina et jejunio, iudicio sacerdotis. Permanens  
 autem in avaritia alienetur. Qui repetit auferenti  
 quo sua sunt contra interdictum, tribuat indigenibus,  
 quo repetivit. Clericus habens superflua, donet ea  
 pauperibus, si autem excommunicetur; si autem post  
 penitentie tempus quo vivit in contradictionem  
 in penitentiam remotus vivat. Si quis cupidas aut avarus,  
 aut superbus, aut Ebriosus, aut fratrem suum odio habuit,  
 vel

vel alia his similia quo dinumerare longum est, III. annos  
peniteat, et juxta vires suas elemosinas faciat.

**De Ira, Tristitia, Odio, Maledicto,  
Detractione, Invidia, Dilaturas  
Cogitationes malas, & ceteris.**

**Q**ui verba aceruiora in furore, non tamen inju-  
riosa protulerit, satisfaciens fratri superponatur.  
Si autem cum pallore et rubore vel tremore male-  
dicens, cui maledixit placeat et VII. dies peniteat,  
remotus cum pane et aqua. Qui odit fratrem suum,  
quandiu non repellit otium, cum pane et aqua sit, et  
ei quem hoderit caritate non ficta conpelletur. Qui  
causa invidiae detrahit, vel libenter audit detrahens  
III. dies in pane et aqua separetur: si vero de eo, qui  
praest, III. dies peniteat et serviat ei libenter reliquo.  
Detrahentes laici VI. diebus. Clerici hebdomad. II. sub-  
diaconus III. Diaconi III. presbiteri V. Episcopi VI.  
Si quis cum alio iram tenet in corde, homicida judice-  
tur: si non vult reconciliari fratri suo, quem odio  
habet, tandem in pane et aqua peniteat, usque dum  
reconcilietur ei: reticens peccatum fratri quod est  
ad mortem, arguit eum cum fiducia et quanto tempore  
reticuit, tanto cum pane et aqua vivat. Si peccatum  
parvum reticuit, arguit quidem eum, sed psalmis five  
judicio sacerdotis peniteat. Qui peccatum proutendum  
fratri imputat, priusquam seorsum arguat eum, sati-  
faciens ei III. dies in pane et aqua peniteat. Si quis  
monachus solus cum sola somnia locutus fuerit, vel sub  
eodem lecto maneat, Cena careat: si vero post inter-  
dictum XL. dies cum pane et aqua peniteat. Si quis  
Dilaturas

Dilaturas fecerit, quod est stabile est, annos III. peniteat in pane et aqua. Si quis Paicus per ignorantiam cum hereticis communicaverit, fuit inter Catholicinos, id est, Separatos ab Ecclesia XL. diebus et alijs XL. in extremis peniteat, et sic culparum suam diluat; si vero postquam clercos predicavit, ut cum heretico non communicaret, et iterum fecerit, annum I. peniteat, et III. quadragesimis, et III. annos abstineat se a vino et a carnibus. Si quis ab heretico ordinatus fuerit, iterum debet ordinari; si prehensibilis fuerit, fin minus deponi oportet. Si quis a Catholica Ecclesia ad heresim transierit, et postea reversus non potest ordinari, nisi post longam abstinentiam aut magna necessitate; nunc Innocentius Papa nec post penitentiam clericum fieri canonum auctoritate adserit permitti. Si quis a fide Dei discesserit sine ulla necessitate, et postea ex toto animo penitentiam accepit, III. annos extra Ecclesiam id est, inter audientes iusta Nicenū Concilium annos VII. in Ecclesia inter penitentes; et annos II. adhuc extra communionem.

### De Baptismo Literato.

**Q**ui bis Baptizati sunt ignorantia, indigent pro eo penitentiam; nisi quod secundum canones non possint ordinari nisi pro magna necessitate. Qui autem non ignari iterum baptizati sunt, quasi iterum Christum crucifixerunt, annos VII. peniteant. III. et VI. feria, et in tres quadragesimis, si pro virtute aliquo fuerit, si autem pro munditia licetum mutauerunt, annos III. peniteant.

**De .**

*De Ministerio Ecclesiae, et Exaltatione,  
vel Missis, et diversis negligentias, de  
Sancto Sacrificio.*

**E**cclesiā licet ponere in alio loco; si necesse sit, et non debet iterum Sanctificari, tantum Presbiter aqua affligere debet, et in loco Altaris crux debet Conponi. Pigna Ecclesia non debent ad aliud opus jungi, nisi ad aliam Ecclesiam, vel igni comburendam, vel ad prospectum in Monasterio fratribus coquere cum eis panes licet, Nam talia in laicata opera non debent procedere. Sacrificium non est accipiendum de manu Sacerdotis, qui orationes vel dilectiones secundum vitum implere non potest, pro bonis rebus offerre debemus, pro malis nequaquam, Presbit̄ vero proficiat, si Episcopus non est, prohibentur offerre. Qui communicaverit nec ignorans excommunicatio ab Ecclesia XL. dies peniteat. Ante consummationem penitentia penitentes secundum canones non debent communicare, Nos autem misericordia post annum aut VI. menses licentiam damus. Qui multa mala fecerit, id est homicidium, adulterium vel cum quadrupedia fornicaverit, aut farta multa fecerit, eat in monasterium et peniteat usq; ad mortem. Si quis Presbiter penitentiam morientibus abnegaverit, reus erit animarum, quia Dominus dicit: quicumq; die conversus fuerit peccator, vita vivet et non morietur; vera enim conversio in ultimo tempore potest esse, quia Dominus non solum temporis, sed cordis infector est, sicut latro unius momenti meruit esse in paradyso in unius momenti Confessoris. Pro defuncto

Defuncto Monacho missas agantur die Sepulturae ejus,  
et tertia die; et postea quantum voluerit abbas. Pro  
laico bono Tercio die vel septimo potest jejunium pro  
penitentia **XXX.** dies vel **VII.** et propinquis ejus  
oposset jejunare **VII.**<sup>mo</sup> die, et oblationem offerre ad  
altare, sicut in Ihesu filio Sirach legitur, et pro Ioseph  
filij Israël jejunaverunt, postea quantum voluerit Profes-  
sor; Missa secularium mortuorum **III.** in anno, Ter-  
cio die et nono die, et trigesimo die, quia tertia die  
Surrexit Dominus, et hora nona emisit spiritum, et  
**XXX.**<sup>mo</sup> die Moysen planxerunt filij Israël: Mulieres  
possumunt sub nigro velamine accipere sacrificium—;  
Sancitus Basilius hoc iudicavit.

### De Sancto Sacrificio

**Q**ui non communicat, non accedat ad pacem neque  
ad osculum, et qui prius manducat, ad osculum non  
permittitur; Qui accepit sacrificium post Cibum  
**VII.** dies peniteat; si vero Monachus neglexerit accipere  
sacrificium, et non interrogat, nec aliquid causa  
excusabilis extiterit, superponatur; Et qui accepit  
sacrificium pollitus nocturno, similiter peniteat. Si  
sacrificium Terra Genus negligendo ceciderit, super positio-  
nit; Qui sacrificium aliquo perdit, relinquent illud  
terris devorandum, si excusabiliter **III.** quadragesimas,  
sin vero annum **I.** Qui non bene custodierit sacrificium,  
et mus comedit illud, **XL.** dies peniteat. Qui autem  
perdiderit in Ecclesia, aut pars ceciderit, et non in-  
venta fuerit, **XX.** dies peniteat. Qui perdiderit suum  
Orisma, aut solum sacrificium in regione qualibet, et  
non

non inveniatur, III. quadrag. vel annum I. peniteat.  
 Perfundens aliquid de calice super altare, quando auferit  
 linteramen, VII. dies penit. aut si abundantius superpo-  
 sitionibus VII. penit. Si super altare stillaverit calix,  
 Sorbeat minister stillam et tenuis diebus peniteat. Et si  
 per linea ad alia transierit VII. dies peniteat; si usque  
 tertio VIII. dies, si usque quarto XII. dies, et lintermina  
 que detigerit stilla III. per abluat <sup>feces</sup> calicem subter-  
 posito, et aqua ablutionis sumatur; si vero per negligen-  
 tiam de calice aliquid stillaverit in terra, lingua bibato  
 tabula radatur, si non fuerit tabula, mittat, ut non con-  
 culcetur igni sumatur, ut supra sacerdos I. dies penit.  
 Si quando inter luetur calix stillaverit, prima vice XII.  
 psalmos cantet. Qui in flumen mergit sacrificium con-  
 finio bibat aqua que in crista fuerit sacrificium sumat  
 et emendet per X. dies culpam solus. Qui negligentiam  
 erga sacrificium fecerit, aut fiscans, vermisbusque con-  
 sumptum ad nihilum devenirit III. quadrag. cum pane  
 et aqua penit. Si integrum inventum fuerit, igne  
 conburatur, et cinis sub altare abscondatur, et qui  
 neglexerit XL. dies suam negligentiam solvat. Si cum  
 amissione saporis decoloratur sacrificium, XX. diebus  
 expleatur jejunium, concludinatum vero VII. diebus.  
 Si ceciderit sacrificium de manib[us] offerentia ferratis  
 et non inveniatur, omne quodcumq[ue] inventum facit  
 in loco <sup>in quo</sup> ceciderit, conburatur, et cinis usq[ue] supra  
 abscondatur: sacerdos deinde medio anno damnatur;  
 Si vero inventum fuerit sacrificium, locus scopis munde-  
 tur et stramine, vel quid ibi inventam fuerit, ut  
 supra ignitur, et sacerdos XX. dies peniteat; si usque

ad

ad altare tankum larpum fuerit, superponatur. Qui cumque alicui capitale Crimen admittenti per ignoran-  
tiam communicaverit, VII. dies peniteat. Qui evomet sacrificium, et canis sumit, annum I. penit. si autem  
XL. dies. Si in die, quando communicaverit, sacrificium evomuerit, si ante median noctem III. Superpositiones faciat; si post median noctem II. Superpositiones; Si post matutinos, I. Superpositionem faciat; si infirmitatis causa sacrificium evomuerit, VII. dies peniteat. Si in igne ipsius project. C. psalmos cantet. Si vero canes lambuerint ealem vomitum C. dies, qui evomit, peniteat.

### De Reconciliatione, Et diversis et multis Malis.

**Q**ui multa mala fecerit, id est homicidium, adulterium cum muliere et cum pecore, et partum, eat in Monasterium, et peniteat usque ad mortem. Greci omni Dominica Communicant, Clerici et laici: Et qui in tribus Dominicis non communicaverint, excommunicantur, sicut et Canones habent. Romani similiter Communicant, qui volunt, qui autem noluerint, non excommunicantur. Greci et Romani tribus diebus abstinent se a mulieribus, sicut in lege scriptum est ante panis propositionem, ante consumationem penitentie penitentes secundum Canones non debent communicare; Nos autem pro misericordia post annum et VI. Menses licentiam damus; Qui autem implere quod in peniten-  
tiale scriptum, bonum est; et qui non potest facere, consilium damus; pro I. die in pane et aqua, psalmos L. flectendo genua, aut sine flexu LXX. infra Ecclesia: aut

aut in loco uno per ordinem psallat; et pro uno mense,  
 quod in pane et aqua debet penitere psalmos mille C.  
 C. Triginta, et postea omnes <sup>ibus</sup> diebus reficiat ad Sextam,  
 nisi quarta et Sexta gressia jejuncet ad Nonam a carne et  
 vino abstineat, alium cibum postquam psallit, sumat;  
 et qui psalmos non novit pro unoquemque die denarium  
 valente eroget in elemosina; Pro uno autem anno in  
 pane et aqua elemosina solid. XXVI. in unaquaque  
 hebdomate unum diem jejuncet ad nonam, et alio ad  
 vesperum, et in III. quadragesimis de quantum sumat  
 pensat et tribuat medietatem in elemosina. Secundo  
 autem remissio penitentia est de Natali Domini usq;  
 Epiphaniam, et Pascha usq; in Pentecosten; Et qui  
 sic non potest pro uno anno elemosinam donet solid.  
 XXVI. pro duobus XX. pro III. XVIII. Potenter  
 autem pro criminalibus culpis faciant, ut Zacheus dicit.  
 Domine omnium bonorum meorum dimidium do pau-  
 peribus, et si aliquid injustum abstuli, in quadruplex  
 restituam; et si hic non sunt, cui abstulit, aut non  
 possunt, animus ejus quantum ipse pensat in argentinum  
 medietatem donet, et in elemosina.

**M.** Hic tota pagina iterum excisa est.